# Heves Megyei Levéltár

# Egri Káptalan Hiteleshelyi Levéltára

# XII-1/45 No. 279. 479-480. pag.

# 1805

[...] dum exhibita et praesentata Fassione perennali; praesentes Litteras Nostras Testes Sigilli Nostri Capitularis usitati et Authentici munimine roboratas, Iuxium quorum interest futura pro Cautela deservituras, extradandas esse duximus et concedendas, communi suadente Iustitia. Datum Agriae Feria Sexta proxima post Dominicam Nonam post Pentecosten in Diem Sextam Mensis Augusti incidente. Anno Dominicae Incarnationis Millesimo Octingentesimo quinto. Iosepho Zabraczky Praeposito Majore &c vide pagi. 478.

Collatt.

Protestatio Nlium Sen. et Jun. Michaelis Andreae Elisabethae et Agnetis omnium Hegedüs Iudithae item Kun, Emerici Demsödy, Ioannis denique et Antonii Demeter. 279

Nos Capitulum Metropolitanae Ecclesiae Agriensis memoriae commendamus, Tenore praesentium significantes, quibus expedit Universis. Quod Egregius Ioannes Puzam Die emanationis praesentium Nostrum personaliter veniens in Conspectum, exhibuerit Nobis et praesentaverit certam Protestationem, Contradictionem, et Reclamationem Latino Idiomate confectam, ac in Stylum redactam Tenoris sequentis: Nominibus et in personis Nlium Michaelis Iunioris, et alterius Michaelis Senioris, Andreae, Elisabethae et Agnetis omnium Hegedüs, Iudithae item Kun, quae etiam Prolium suarum

ex.

ex Francisco condam Hegedűs Marito suo susceptarum Naturalis Tu-
tricis, et Curatricis, Emerici demum Dencsődy nec non Joannis et Antonii De-
meter coram Vaalo Agriensi in Forma Solemnis Protestationis, Contradictio-
nis, et Reclamationis detegitur sequentibus: Qualiter nempe Nlis Joannes
Hegedűs Aº currente summo cum Protestantium præjudicio et damno
absq omni legali causa et rationibus, certum Hortum in Possessione T. Sza-
jolij Hottibus Heves et Exter Szolnok articulariter unitis ingremiata,
Protestantes, et Contradicientes Jure Avito atq Hæreditario optimo con-
cernentem, sub Onere Centum Rfnor Vinculi Nli Dño Ladislao Fejér, e-
jusdemq Successoribus certo Contractu mediante possidendum tradiderit,
perq Manus assignaverit. Quia vero Legibus Regni similes avitorum
Bonorum abalienationes distractiones et Translationes serio veta-
rentur, irritaq declararentur. Et eo, ne Protestantes præmissuatæ
damnosæ, et præjudiciosa abalienationi per taciturnitatem quaqua
demum ratione consensisse subnisceratur, aut in posterum quoq consentire
videantur, prædictæ damnosæ et præjudiciosæ abalienationi palam, publi-
ceq contradicunt, contra eandem protestantur, et reclamant, petendo
Protestatorio-Contradictorio-Reclamationem isthanc suam futura
Jurium suorum pro Cautela Authentico Protocollo per extensum in-
seri, et consvetas desuper Testes Litteras sub Authentico extradari.
Agriæ 8º Augusti 1805. Super qua ejusmodi modalitate prædecla-
rata interposita, ac Nobis: /ut premissum est:/ ad authenticandum
scripto exhibita et præsentata Protestatione, Contradictione, et Reclama-
tione, præsentes Litteras Nostras Testes Sigilli Nostri Capitularis ap-
tati et authentici munimine roboratas, Jurium quorum interest futu-
ra pro Cautela necessarias extradandas esse duximus et concedendas,
communi svadente Justitia. Datum Agriæ Feria Sexta proxima ante
Dominicam Decimam post Pentecosten, in Diem Nonam Mensis Augusti
incidente, Anno Dnica Incarnationis Millesimo Octingentesimo quinto.
Josepho Zábraczky Præposito Majore. Re vide pag. 478.

280.

Collatt

Anno 1805. Die 17º Mensis Augusti Reverendissimus Antonius Maray
de Eadem et Pelej, Abbas B. V. M. de Pagy, Archi-Diaconus Cathedra-